



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Vigesimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33333**

Episcopus, confessor, siue quisquis alius præceperit. Nam ieiuniorum, vigiliarum, & laborum modus & regula a nemine secundum ciborum multitudinem die sue, sed pro incremento vel decreto carnalis concupiscentie & ferocitatis accipienda est, ad quas tantum occidendas & opprimendas, & non ob alia, ieiunia, vigiliæ, & labores instituti sunt. Quod si eiusmodi voluptates non essent, idem valeret comedere quod ieiunare, idem dormire quod vigilare, idem ociari quod laborare, & vnun tam bonum esset quæ alterum, sine omni discrimine.

### VIGESIMO.

¶ Si igitur quispiam sentiret & inuineret plus ferocitatis in carne sua expiscibus quæ ex ouis & carne quadrupedum nasci, debet carne quadrupedum, & non piscibus vesci. Rursum sentiens caput corrumpi & infatuari, corpus & stomachum corrumpi ieiunio, vel non opus esse opprimere ferocitatem carnis sue, ieiunium prorsus relinquat, comedens, dormiens, ocians, quantum sibi opus est ad sanitatem, nihil respiciendo id contra vel Ecclesie præcepta vel ordinis & status leges sit. Neque enim vel vlla Ecclesie præcepta, vel vllæ vllius ordinis constitutiones possunt ieiunia, vigiliæ & labores arctius instituire & præscribere quam quatenus profunt, carni & eius voluptatibus & cupiditatibus edomandis atque mortificandis. Vbiunquæ autem hoc scopo præterito, ieiunia, cibos, somnium, vigiliæ, seuerius præcipiunt quam caro perferre possit, vel interimende cupiditati opus sit, & ita natura corrumpitur, caput perditur, tum nemo sibi proponat a se opus bonum esse factum, sese vel ecclesie præceptis, vel ordinis constitutionibus excusans. Videbitur enim sibi ipse defuisse, & quantum in ipso fuit, sui ipsius homicida & percussor factus. Nam corpus non est datum, ad mortificandam eius naturalem vitam vel opus, sed tantum ad opprimendam eius ferocitatem. Nisi vero ferocitas tanta fuerit vt ei sine pernicie & iactura naturalis vitæ satis non possit resisti. Sicut enim dictum est, in exercitationibus ieiunij, vigiliarum, & laborum, oculus habendus est non ad opus in seipso, non ad dies, non ad multitudinem, non ad cibos, sed tantum ad ferocem & pernitentem Adam, vt ita in eo petulantia & ferocitas tollatur.

### VIGESIMOPRIMO.

¶ Ex his possumus perpendere quæ prudenter vel stulte faciant nonnullæ mulieres grauidæ, & quomodo egroti sint habendi. Nam stultæ mulierculæ ieiunijs adeo nituntur, vt prius tam partus quæ sui ipsius periculum subeant, quam non equaliter vna cum alijs ieiunent, facientes sibi conscientiam, vbi nulla est, & nullam rursus facientes, vbi sit. Cuius rei causa sunt concionatores, ita temere, ita imprudenter ieiunium prædicantes, vt verum eius vsum, modum, fructum, causam, & finem nunquam

Modus & ratio ieiuniorum.

Modus & ratio ieiuniorum.